infirmitate per maiori, minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictionem vel alijs quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vltra proximos Officij praesentis Castren. Capitan. Praemyslien. Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia per Iuris simplicibus vel implicatis evasionibus suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello conuersioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo quouis evadendo, his suis personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

F. Rudniczek Szybickie Quietat.

1047 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen. Castren. Capitan. Praemyslien. Famatus Hiacynthus Rudniczek, Ciuis et Scabinus Praemyslien. sanus mente et corpore existens, foro suo quouis competenti omisso, et Iurisdictione propria postthabita, praesenti vero Castren. Capitan. Praemyslien. Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobiles Casimirum Szybicki et Magdalenam Warszawska Coniuges legitimos, et eorum posteros de Causa et Actione Iudiciaria per se Recognoscen. ijsdem suprascriptis Nobilibus Szybickis Coniugibus, ratione certae summae pecuniariae sibi Recognti ab eisdem Nobilibus Szybicki prouenientis non persolutionis, tum et aliarum quarumuis praetensionum in processu Causae expressarum Ad Iudicia Tribunalia Regni Lublinen. instituta et intentata, tum de poena Infamiae eadem in Causa obtenta et publicata

publicata, eiusq publicatione, totiq antecedenti et subsequenti Cau-
sæ eiusdem processu in quovis puncto et gradu Iuris dependente
et ratione suprascriptorum oblato et perducto suo in Tenore latioris
existente. Tum de quibusvis protestationibus, arrestis, scriptis manu-
alibus, tam roboratis quam non roboratis, eorumq roborationibus
atq pretensionibus generaliter omnibus, ad Diem hodiernam inter-
venientibus, ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscentis prestitam
satisfactionem Quietat emittit, dimittit, liberatq et absolu-
tos perpetuo pronunciat. Causam eandem et actionem Iudiciariam,
item et pœnam Infamiæ cum eiusq publicatione, totiusq ante-
cedentem et subsequentem processum, atq protestationes quasvis arre-
sta, item scripta manualia et eorum Roborationes in toto et per omnia
cassat mortificat, et annihilat, sibi suisq posteris ratione præmissorum
item perpetuum imponendo silentium.

Kucharski Białogłowskim Coniugibus Cedit.

1648

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castren
Capitan Premysliens Nobilis Andreas Kucharski sanus mente et
corpore existens à Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo, præsentiq(ue) Castren
Capitan Premysliens Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum
Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenariè in-
corporando, atq subijciendo palam libere publice ac per expressum
recognovit. Quia ipse intuitendo Decreto exemptionis Terræ Premisliensis
sen, Feria Tertia post Festum Sancti Martini Pontificis proxima anno
proxime præterito lato, De omni et integro Iure suo infrascripto videli-
cet de summa Duorum Millium sexcentorum sexaginta sex florenorum
norum et grossorum viginti Polonicalium ex summa originali octo
Millium florenorum Polon se se derivante, originaliter per Illtrem
et Magnum